



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Cooperatio vendentium, nu. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

sint valde coniuncta peccato, non tamen sunt secundum se, & suapte natura peccata, & ideo sejungi possunt à peccato per finem diversam & sejun-
ctum. Hæc ille. Nota illud (officij, vel ob justam marcedem.) Hanc sententiam sequitur etiam Merolla a & Diana, b excusantes eos, qui ex officio puellam incurra ad amasum du-
cunt.

x Navarr. l. 5. consil. in secunda edit.
conf. 5. de pœnit. circa finem, a Merolla
t. 1. d. 2. c. 4. dub. 10. coroll. 3. n. 280.
b Dian. p. 3. t. 6. ref. 21.

31. Disparitas autem erit inter hos,
& inter pingentes turpia; nam si ij ve-
ctores, seu bajuli adeo sint religiosi, ut
nolint, se suraque operas locare in e-
iusmodi vocationibus, facile in suo
luero notabiliter laderentur, quod non
est communiter in illis turpibus de-
pingendis.

32. Ethic item nota discriminem inter
has artes; qui enim profitetur artem
v. g. histricam turpia representan-
tem, semper est damnandus c (nisi
forte illum rarissimum casum dictum
num. 28. excipias,) quia proxime e-
iusmodi ars adnectitur ad turpia; At
non ita sculptura, pictura, bajulatus,
vel similes artes. Hæc enim per se non
sunt occasiones peccatorum in proxi-
mo, sed mere per accidens, ita ut pœ-
cata facile, & ut plurimum vitari pos-
fint.

c Petr. Hurtad. 2. 2. d. 76. sec. 6.
§. 181.

Cooperatio vestimentum.

33. Causa justa, & proportionata

œnsetur, ut quis sua vendat, jactura,
quam pateretur, si res suas, quas ve-
nales habet, nequaquam venderet:
dummodo venditio non sit contra ju-
stitiam. Itaque potest quis vendere
agnim infideli, quem scit, usui fore
ad sacrificium. Idoli, fucos mulieri,
quos scit emi, ut ad turpem amorem
illis peruncta juvenes alliciat: aleas &
taxillos eis, qui in ludo illico sunt il-
lis abusuri. Caupones item possunt
ministrare cibos in die jejunij, tum
quando dubitant, an ad se divertentes
à jejunio excusentur, tum quando pu-
tant, eos non excusari.

34. Potest etiam quis vendere, vel
etiam locare domum suam meretrici,
vel usurario publico: imo id posset
fieri, ex Sane. d etiam nulla excusante
causa, quia locus est valde remote
coniunctus cum peccato abutentis, &
sic posset etiam abiuti aere, cibis, alijs
que rebus innumeris; nisi tamen lo-
cus esset ratione situs magis aptus ad
alliciendos homines, vel vicinitas me-
retricis multum noceret honestis fa-
minis in vicinia commorantibus: nam
tunc requiretur causa, qualis certè
sufficiens esset, non posse alijs hone-
stioribus locari; & nisi esset lex, ne id
fiat; ut certe excommunicatur e in
sacro textu, qui domum locat usura-
rio alienigenæ.

d Sane. t. 1. in dec. 6. 7. nū. 20. e c,
t. de usuris. m. 6.

35. Qui vendunt esculenta solutu-
ris jejunium, excusantur, si timent di-
minutionem emptorum, præcipue
cum raro ex tua denegatione ij jejunio
sint vacaturi; nullo enim negotio,
quod tu denegas, alij porrigent.

Vnam



Vnam vel alteram rem non magni
pretij invenditam tibi superesse, causa
sufficiens certe non judicatur, ut de pi-
ctura amasæ modo dictum est. At ve-
ro diminutio successiva pretij exigui
in satis notabile damnum cum possit
ex crescere, satis sufficiens causa existi-
menda est.

36. Ad vendendum vinum scien-
ter se inebrianti, causam majorem ali-
quam, præter ipsum vini merum
pretium, postulat Castrop.; f nempe
vel timorem, ne nolens vendere in-
juria afficiatur à volente emere, vel ti-
morem, ne multum sic diminuantur
emptors. Multum, inquam, quia
ebrietas videtur majus malum, quam
solutio jejunij: & ideo majorem cau-
sam requirit, quam requirat jejunij
fractio. Simile quid hac occasione dic,
de reddente gladium furioso, vel cum
illo inimicum occidere volenti; nam
licet ex justitia, gladium alienum red-
dere quis domino teneatur, tamen in
hac circumstantia furiosi, nisi à gra-
vissima necessitate cogatur, reddere
non debet, idque sub onere etiam ff
restitutionis, si damnum forte seque-
tur.

f Castrop. l. c. p. 14. adde sā u. ebrie-
tat. Sanc. l. c. n. 33.

ff ut dicetur inferius li. 8. tr. 4. c. 1.
§. 3. n. 6.

37. Peccant cum onere restitutionis
ij, qui tradunt vinum, frumentum,
cateraque alijs, ut hi cum injustitia ea
vendant, quia hi operantur nominis
illorum. At si eadem vendas alijs,
quos scis per fraudem, miscendo v. g.
aquam vino, vel demendo de mensu-

ra &c. alijs esse revendituros, tunc fi-
cite poteris, & quando tu, nisi ijs ven-
deres, difficulter, vel cum tuo damno
alijs vendere cogereris; nam si alijs si-
ne tuo damno æque posses, cur ex cha-
ritate non debeas?

g. Sanc. l. c. n. 37. Castr. l. c. nu. 3. l.
Dian. p. 3. tr. 6. ref. 44. Merolla to. 3.
d. 2. div. 10. Coroll. 6. 305.

Cooperatio cum Idololatria.

38. Idoli, ejusque templi fabrica-
tio, ut item Idoli jam facti venditio,
cum sint ordinatae ad Idololatriam,
non possunt ex se licetè præstati, in gra-
tiam ejus, qui ad hunc finem scitur ea
velle, quia sunt claræ, & valde imme-
diatae occasionses Idololatriæ, qualis
certè non est agni sacrificandi vendi-
tio, cum agnus multis alijs rebus non
peccaminofis usui sit.

Vrgentissima tamen existente causa
(ut effet semel aut iterum, juxta dicta
n. 28. aut magna paupertas artificis)
peccatum nō est, h quia (quidquid aliqui
dicant) nō sunt actiones intrinsecè
malæ, sed ex se indifferentes, cum Ido-
lum possit appeti ad honestos fines,
nempe ad ornandam domum, vel ad
memoriam antiquitatis conservan-
dam, templum vero ad usus huma-
nos licitos &c.

h Castr. l. c. p. 12. n. 7. Tannerius p.
3. d. 1. q. 9. dub. 5. nū. 144.

*Cooperatio cum ministrante indignè sa-
ccamena &c.*

39. Si Sacerdos sit in mortali, idque
E 3 tu cer-

